

Nr. 63. Q.

כְּנֵית כְּמַשְׁחִיךָ :

SIVE

PROPHETA MOSI PAR,

GERMANICE :

Gründlicher Beweß, daß die Prophezeihung Mo-
sis, Einen Propheten wie mich, u. s. f. auf J. C.
den Welt-Heyland alleinig ziele.

AD ILLVSTRANDVM, ET A IVDAEORVM ΠΑΡΕΡΜΗΝΕΙΑ
VINDICANDVM LOCVM

DE VT. XVIII. v. xv. seqq.

EXERCITIO ACADEMICO
SCRIPTVS.

DE QVO
PRAESIDE,

DN. IOHANNE Erischmuth,

LINGG. SACR. PROFESSORE PVBLICO,

DN. PRAECEPTORE, PATRONO AC STVDIORVM
SVORVM PROMOTORE OMNI OBSERVANTIAE ET AMO-
RIS CVLTV AETERNVM DEVENERANDO,


PUBLICE DISPVTABIT

M. GEORGIVS FRIDERICVS
MEINHART,

ARNSTADIENSIS, AUTOR.

AD D. APRILIS ANNO M D C LXXXV.

I E N A E,
REC. IN OFFICINA I. B. HELLERI, 1736.



I. N. D. N. J. C.

PROPHETA MOSI PAR,

AD ILLVSTRANDVM ET A IVDAEORVM DETORSIONI
BVS VINDICANDVM LOCVM
DE VT. XVIII. v. 15. seqq.
EXERCITIO ACADEMICO
DESCRIPTVS.

§. I.

Non heri demum vel nudius tertius Atheorum aliorumque, qui sacram Scripturam improbo ausu impugnant, eamque ut secum ipsa luctantem indignis modis traducent, uberrimus coepit esse proventus; sed jam pridem illorum, instar lolii in agro succrescentis, medios inter doctos viros haud exigua fuit copia. Suo id suffragio comprobat Franciscus Junius, praef. libelli, quem inscripsit PARALLELA SACRA De Atbeis, inquiens, non fuisset ita unquam crediturus, nisi me tenellum adhuc ipsum agmina summo discrimine salutis mea sollicitassent ante triginta annos; cum literis humioribus operam in Gallia darem. Vidi enim puer, vidi eo tempore versutissimas illorum technas &

macbinationes gravissimas, quum anima imprudenti me & facerent insidias periculosisime. Ipsi enim non solum τὰ ἐναγ̄οφανῆς ὡς ἐναγ̄οφανῆς gloriose obtrudebant, qua in Scripturis sacris affirmabant esse quamplurima: verum etiam ipsius Christi, Evangelistarum Apostolorumque, (at quorum hominum!) sermones fere singulos, scriptaque carpebant εἰς τὴν φωνὴν nomine, quam ante diximus, eamque ut probarent, arbitratu suo acervatim proferebant ex V. T. locos, qui adducuntur in Novo. Garriebant res plane diversas eum in modum confusas esse, imperite ab illis factum clamabant, & fieri à nobis impie, qui auctoribus & artificibus adeo imperitis fidem baberemus, retium magis, quam orationum concinnatoribus.

§. II. Non vero solum Athei ἐμπάρκειαι, nostra quoque ætate frequentissimi, ejusmodi armis pugnant contra orthodoxos, sed etiam incredula Judæorum natio suo modo cum his γεαφουάχοις se conjungit, dum nihil magis curæ habet, quam ut ea loca, quæ ex V. T. in Novo adducuntur, ἀπροσδιονύσως & contra quam scopus auctoris & verborum antecedentium & consequentium σωάφεια ferat, allegari, evincant. Facilitant hoc recutiti in loco insigni Deut. XVIII, 15, seqq. Ubi Prophetam sicut Moses ex Israële se excitaturum esse, Deus pollicetur. Quo ipso Messiam & Salvatorem nostrum significari, nobis omni exceptione major testis est Petrus, Act. III. 22. & Stephanus, Protomartyr, Act. VII. 37. ut ita Christum magnum illum & Moïse haud minorem Prophetam esse, ne dubitare quidem liceat veri nominis Christianis. Eequid vero hic Verbi obvertunt? R. Lipmannus id' num. 137. libri Nizzachon ostendit his verbis: טועים הנוצרים לפרש
וְאֵת עַל הַנּוֹצֶר וּמִפְרָשֵׁי כָּמֻנוּ רְלִי מֵהַ מָשָׁה נָתַן תּוֹרָה
אֲפָגָה הוּא פְּתַח תּוֹרָה חֲדַשָּׁה וְטַעַת הַוָּא בְּרוּם כִּי מְרִיךְ
פְּגָקִים שֶׁל מְעֻלָּה מְבָאָר פְּרוֹשָׂוּן Halucinantur Christiani,

* (5) *

flani, dum haec de Nazareno explicant, & verba sicut ego
id innuere perhibent, quemadmodum Moses novam legem tulit,
ita illum quoque novam legem dedisse. Sed errorem suis mani-
bus tenent. Ex antecedentibus enim ejus explicatio patescit.

¶. III. Minime sterile argumentum differendi va-
ticiunum hoc illustre nobis suppeditat. Quod, ubi peni-
tius consideraverimus, oppido patescet, firmorem no-
bis haud deesse sermonem Propheticum, II. Pet. I. 19. ne-
que nostram fidem destitui solido fundamento Prophe-
tarum & Apostolorum Eph. II. 20. Securi igitur verita-
tis, quæ à nostra stat parte, Judæorum non minus ἀγεγ-
μηνέας, quam aliorum interpretum μελέψιαν eadem ope-
ra in medium adducemus, sensum verborum genuinum
ab heterodoxorum detorsione pro virili vindicaturi. Ver-
ba oraculi habent ita vers. 15. & seqq.

בְּנֵי־מִקְרָבֶךָ מְאֹרֶךָ בְּמַנִּין יְקִים לְךָ וְתַּחֲזֵן
אַלְתִּיךְ אֶלְיוֹ תְּשִׁמְעוֹן: בְּכֶרֶת אֲשֶׁר־שָׁאַלְתָּ פְּעָם וְתַּחֲזֵן
אַלְתִּיךְ בְּחָלֵב בְּנוּס תְּקַהֵל לְאָמֵר לֹא אָסֶף לְשָׁמֶן
אַתְּ־דִּיקּוֹל וְתַּחֲזֵן אַלְתִּיךְ וְאַתְּ־הָאֵשׁ תְּבוּרָה תְּאַרְתָּ
לְאַרְאָה שָׂעֵר וְלֹא אִמְרָה: וַיֹּאמֶר וְתַּחֲזֵן אֶלְגָּ
תִּשְׁכַּב אֲשֶׁר־רֹבְרוֹ: בְּנֵי אָקִים לְתַּהְסֵּב מִקְרָב אֲחוֹתָם
בְּמַפְּוֹת וְנַחֲתֵי רַבְּרִי בְּפַיו וְרַבְּרִי אַלְתִּיכְתָּ אֶת־פָּלָאשָׁ
אַצְנוֹן: וְתַּחֲזֵן פָּאֵישׁ אֲשֶׁר לְאַדְשָׁפָע אַלְרַבְּרִי אֲשֶׁר
יַּחֲרֵב בְּשָׁמֵי אַנְכִי אַרְשֵׁב מַעֲפָו:

Prophetam de medio tuo, de fratribus tuis sicut
me excitabit tibi Dominus Deus tuus, illum audietis.

Secundum omne quod petivisi de Domino Deo tuo in Horeb in die cœtus, dicendo, non amplius audiam vocem Domini Dei mei, & hunc magnum ignem non videbo amplius, ne moriar. Et dixit Dominus ad me: Bene fecerunt, quod locuti sunt. Prophetam ipsis excitabo è medio fratrum illorum, sicut te, & dabo verba mea in os ejus, & loquetur ad eos omne quodei præcepero. Erit autem, ut quisquis non auscultaverit verbis meis, quem loquetur in nomine meo, reposcam ab illo.

CAPVT PRIMVM.

S U M M A R I A.

Ebræorum interpretum super objecto vaticinii hujus insignis dis-
serijs, quo aliū JOSVAM, ut ABENESRA & BECHAI:
quidam JEREMIAM, ut prisci in PESICKIA & JAL-
KVT: nonnulli cuiusvis etatis Prophetas, ut LIPMANNVS
ALSCHECH ABENDANA & ABARBNEL, intelli-
gant, notatur. Lyrani, Testati, Calvini opinio prater
Messiam de quibusvis Prophetis verba accipienda esse, addu-
cta. PAREVS CALVINVM cum aliis nequicquam con-
ciliare satagit. FACII, recentioris interpretis, & H.
GROTI interpretamenta gemella. Alias sententias, eaque
genuina de solo Messia verba accipientium probata LVTHERO,
HVNNO, GERHARDO, HELVICO, DN. D.
CALOVIO, & DN. D. SCHMIDIO, ex Pontificiis
BELLARMINO, SANCTIO, LORINO, STAPLE-
TONO, ex Reformatis JVNIQ, DRVSIO, RIVE-
TO,

* (7) *

TO, PISCATORI, ex contextu statum inatur. *Quod modo ר' כמונִי* *Judaï detorqueant*, ex GERVN-
DENSIS, ALSCHECHI, ABARBENELIS, BE-
CHAI, ALBO & LIPMANNI interpretamentis ostendit,
& rejectis illis, usus vocationis scripturis receptus stabili-
tur. Ellipsis pronominis נֶשׁוּן observedata. B. GLASSIVS
laudatus. *כמונִי* ad praecedentia potius quam consequentia
referendum esse, contra quam Abarbenel vult, probatur.
כמונִי Albo justo latius extendit, cum Abarbenele commissus.
Bellarminus, suum ipsius monitum insuper babens, notatur.
Genuinum comparationis medium, in quo Mosi futurus Pro-
phetas similis esse dicitur, ex Scriptura eruitur. v. 18. de Mes-
sia intelligendus explicatur. Judeorum pertinacia in repu-
diando Evangelio ex articulis fidei Judaica ostensa. R.
MAIMONIDES legis Mosaica eternitatem simpliciter ad-
struens, à JOSEPH ALBO notatus. Priscorum affer-
tum, quemvis Prophetam audiendum, nisi ubi ad idolola-
triam allicit, à Judais tempore Christi neglectum. R. A-
BARBENEL & R. MOSES KOZENSIS laudati. Ra-
tiones, cur Christi predicationi locum relinquere debuisse
Judei, adductæ.

§. I.

Quod Judæos attinet, et si illi locum hunc Christiano-
rum interpretamento repugnare omnes contendunt
magno consensu, maximopere tamen & illos variare in
denominando objecto hujus vaticinii deprehendimus,
velut ex R. AbenEsra patet commento :
נָבִיא מִקְרָבֵךְ זוֹ יְהוָשֻׁעַ וְהַעֲדָה שָׁאמֵד אֶלְיוֹן תְּשֻׁמְעֹן וְכֹתֵב וְשָׁמַעַן עַלְיוֹן
בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְעַיר דָּרוֹתָה אַחֲרַת כֵּי לֹא מִצְאָנוּ נְכִיאָה
שְׁנַכְנָס עִם וְשָׁרָאֵל לְאַרְצָה כֵּי אֶפְּרַיִם וְחוֹשָׁע נֶסֶף וְתַקְנָה לְחִזְוּת
וְתַקְנָה

* (8) *

זה כל כל נביא שיקם אחר משה כמונו שראה נבאו
 Verbis PROPHETAM E MEDIO TWO
Josua intelligitur, quod testantur verba, illi obtemperabitis (v.
 15.) *& scriptum est* (Deut. XXXIV. v. 9.) *& obtemperarunt*
eis filii Israël. *Quin adhuc alia suppetit ratio, quia non depre-*
bendimus ullum Prophetam in terram cum Israële ingressum
esse nisi Josuam. *Prerera convenit, ut de quovis post Mosen*
excitando Propheta dicatur, sicut ego. Qui Prophe-
ta Dei sit, non prestigiator.

§. II. R. Bechai, fol. 109. col. I. com. in eo-
 dem tendens scribit hunc in modum :
 עַזְרָא וּזְוֹשָׁע אָמַר :
 זֶה אֲשֶׁר תִּשְׁפֻּעַן אֵלֶיךָ וְעַצְנָנוּ בְּיוֹחָשׁ שְׁכֹנָה וְשָׁמָנוּ
*De Josua loqui-
 tur, atque hoc est, quod ait (v. 15.) ei auscultabis. De eodem*
dictum invenimus (Deut. XXXIV. v. 9.) & auscultarunt illi
filii Israël, aut Prophete nomen plures designabat. Ut in Jal-
 kut ad Deut. XVIII. ex Pesicka refertur, non defuerunt,
 ex priscis, qui Jeremiam hic promitti putarent, & Rabbi
 Abarbenel præsat, commentarii in Jeremiam, fol. 96. col.
 2. ab ea sententia non alienus fuisse videtur. Sic enim ille
 scribit :
 חָרִי לְךָ יְדֵךְ רְבִירִים שְׁנָתְרָסָה בָּהֶם וּרְמִיחָה לְמָרְעָה
 וְלֹא היה זה אלא מפני חותם מדורגת נביית רומיחו
 יותר קרוביה ומחרמתה למדורגת אדרון הנכאים משאר
 נביאי ירושאל וכבר התייערו אל כפסקנית רבתי
 על זה חומות אמרו שם רבי יהוחנן בר סימון פרת
 נביא אקים להם מקרוב אחיהם כטוך וכחוב ולא קם
 נביא עוזר בירושאל כמשה ואחת אמרת כמוף אלא זה
 רומיחו ששה כמושה בתהויזה אתה פושטא כל מה
 שכותב בוח כתוב בוח זה נהננא מ' שנה זה נהננא
 מ' שנה זה נהננא על יהוד וישראל וזה נהננא על
 יהוד וישראל זה עמו כני וישראל כל גמור ווח עמו
 כני

* (۹) *

בְּנֵי שְׁבָטוֹ כַּנְגָרוֹ וְהַוּשָׁלָךְ לִיאָר וְהַוּשָׁלָךְ לְבָרֶז
וְהַנְּצָל עַל יְרוּאָמָה וְהַנְּצָל עַל יְרוּעָמָן וְהַעֲכָר וְהַבָּא
בְּרַכְרוֹת תּוֹכְחוֹת וְהַבָּא בְּרַכְרוֹת תּוֹכְחוֹת עַל הַנָּהָר הַעֲרֵית
עַל קַצְתְּ מַחְרְמָיוֹם אֲשֶׁר זָכְרָתִי אָנוּ פַּוְ לְקִיְּסָ שְׁעִירָ
וּרְמוּרוֹ גָּאָמֵר לְמִשְׁהָ רְבִינוֹ נְכִיא אֲקִים לְהַמְּשָׁקָרָב
אֲחֻזָּה כִּמְךָ וְהַוָּא הַמְּרוֹה שְׁהִוָּתָה מְרוֹגָןָה וּרְמוּחוֹ
בְּנְכּוֹאָה עַלְוָנָה מָאָר וְיָהָר קָרוּבָה לְמִוּרְגָּתָה מִשָּׁה אֲרַנְיָן
Ecce tibi XIV. capitula, quibus Jeremias Mosi doctori nostro l. m. similis fuit. Et hoc non
alia de causa fuit, quam quod gradus prophetiae Jeremie pro-
pior fuit gradui prophetiae Mosis Domini Prophetarum, pre re-
liquis Prophetis. Pridem in Pesikta magna, respexerunt ad
hanc similitudinem. Dicunt ibi: Rabbi Juda filius Simeonis
cepit, Prophetam excitabo ipsis ex medio fratrum illorum sicut
te, (Deut. XIX.) & scriptum (Deut. XXXIV, 10.) non sur-
rexit amplius Propheta in Israël sicut Moses: & tu dixisti sicut
te. Hoc de Jeremia verum fuit, qui fuit sicut ipse in repre-
bensionibus. Quicquid enim de hoc scriptum est, etiam de illo
invenies scriptum. Moses 40. annis est vaticinatus, etiam Je-
remias totidem prophetauit. Hic prophetauit de Juda & Is-
raële & ille de utroque prophetauit. Huic se opposuerunt ex
eadem tribu oriundi, & illi se opposuerunt tribules sui. Hic
projectus fuit in fluvium, & ille projectus fuit in foce am. Hic
per manum ancille erexitur fuit, ille servi opera. Hic venit cum
objurgatione, & ille cum eadem venit. Huc usque. Ecce ad-
ducti sunt similibus nonnullis, que commemoravi, ut statuerent,
de Jeremia dictum esse Mosi doctori nostro: prophetam excita-
bo ipsis ex medio fratrum suorum sicut te. Atque hoc comprobat,
gradum Jeremie in prophetia fuisse admodum excellentem, &
propiorem gradui Mosis Domini nostri, quam gradum reliquo-
rum Prophetarum. Huc facit quod ad h. l. Baal Hatturim

B

notat:

notat : נָבִיא אֶקְפָּה בְּגַמְתְּרִיא וּוֹרְשָׁהָם verba : נָבִיא אֶקְפָּה per Gematriam equipollent his : *Iste est Jeremias.* Ita Cabalistice Jeremiam notari docet.

§. III. Ceterum Josuam h̄ic intelligi, exinde in ep̄te colligunt Judæi, quia dicitur, & obtemperarunt ei, cum ut duci & magistratui obsecundasse potuerint. Non animadverterunt recutiti argumentum in secunda figura affirmativum nihil concludere. Quandoquidem etiam Deut XXXIV, v. 10. expresse negatur, ullum Prophetam Mosi similem tum surrexisse, videlicet, ut R. Albo loquitur **בְּכָל יְמֵי מָשָׁךְ הַנּוּבִיאִים** : *quoad Propheta existerent,* vel ex eo patet, neque in Josua vel Samuele neque alio infra Mosen posito complementum vaticinii quārendum esse. Quod vero ab Abarbenele ex Pefickta recensitam Sententiam attinet, neque illa applausum meretur. Comparisonis enim membra sunt ejusmodi, ut, de iis ne cogitasse quidem Mosen, palam sit. Cum enim non de exterris eventibus, aut iis, quā fortuito cuiquam accidere possint, sermo sit, in quibus facile unus cum altero participare possit, non tam ad fortuita ejusmodi, quam quā ipsi Personæ in se competit, Deum respexisse, manifestum est. Licet etiam fieri queat, ut prisci Ebræi verba h̄æc de Jeremia intellexerint, quem non minus, atque Eliam Thesbiten, redivivum sibi polliciti esse videntur, cum Matth. XVI. 14. nonnulli, Christum Jeremiam esse, prohibuerint ; minime tamen inde sequitur, Mosen ad Jeremiam collineasse, cum hic illo tertio, in quo similitudo fundatur, fuerit destitutus, ceu infra videbimus. Quin ipse R. Abarbenel, Esaiam gradu Prophetico reliquis Prophetis, adeoque & Jeremia, excellentiorem esse, assertore nullus dubitavit, præfat. in Prophetas posteriores fol.

I. col.

* (ii) *

i. col. 4. Præterea Jeremias sermonem Ezechielis eloquio idem postponit, fol. 153, col. 3, ut adeo nulla ratio appareat, cur, de Jeremia Mosen locutum esse, putent Judæi.

§. IV. Ipsi R. AbenEsra & R. Bechai suboluit, de Josua oraculum intelligendum haud esse, unde illi particula disjunctiva **וְ** aut usi, ad plures etiam verba referri posse, censuerunt. Quibus adstipulatur R. Lipmannus, 1. cit.

עַל כָּל נְבִיא וּנְבִיא שֶׁבֶכְל דָּר וּדָר קָאו :

de omni Propheta, qui quovis seculo vixit, verba accipienda sunt. Ab hoc minime abludit R. Alschech fol. 292. **נְבִיא**

מקרבר מakhir יקיים לך השם והוא יגיד לך כי זה הוא ראו ועל פיו תרע הדרבים הנוגעים אלך בעניין תלונת הנכונות באו' המבלי אין אליהם בישראל חלה לרורש *Prophe-
tam è medio tuo, è fratribus tuis Deus tibi excitabit, & ille indi-
cabit tibi, quid te deceat, & ex ore ejus percipies ea, que te atti-
ueant: secundum murmurationem Prophetæ (II. Reg. I. 6.)
annon est Deus in Israële, ut mittas ad interrogandum Baal
Sebul? &c. Quid enim Deus fieri velit, id ex ipsis Prophetis discendum est.*

§. V. Dum ita de Prophetarum corpore sive continuo ordine & toto quasi eorum subinde in populo futuro collegio verba Judæi intelligunt, assertonis sua fundamentum ex textu arcessere solent, veluti ex R. Jacobo Abendana patet, qui Spicilegio suo ad librum Michlal Jophis sic scribit:

זה הפסוק רבך אל הפסוקים הקורמים והמאחרים:

*bis versus cum antecedentibus & consequenti-
bus coheret. Nempe, quia Deus antecedentibus verbis ve-
tat, Israëlitas futura cognoscere: עַל וְרוּ מְעוּנָנִים וְהַקּוֹסְמִים
per prestigiatores & divinatores, ut Lipmannus loquitur, &*

subsequentibus Pseudoprophetæ pœnam sancit, manifestum hinc esse censet recutitus, verbis intermediis non tam de uno, multis seculis post demum venturo, quam pluribus Prophetis, ad quos, quoties usus ferebat, recurseret, Deique voluntatem ex eis percontari populus debebat, Legislatorem locutum esse.

§. VI. Neque ex Christianis desunt, qui, licet de Christo, ceu omnium Prophetarum capite, potissimum hic agi, minime eant inficias; de quovis tamen Propheta verba vaticinii itidem intelligenda esse, arbitrentur. Cum Lirano & Tostato ita Joannes Calvinus sentit, qui eo, quod Pythonibus hic opponant ut Prophetæ, qui semper esse debeant, ne ad illos populus deflectat, ad plures verba spectare contendit. David vero Pareus ita magistrum suum cum aliis Interpretibus conciliare satagit, ut dicat, v. 15. de Prophetis in genere, v. 18. de Christo solo intelligendum esse. Sed cum nihil causa sit, quamobrem v. 15. ubi eadem omnino verba, quibus v. 18. Moses usus est, occurrunt, & mutata dūntaxat persona Deum loquentem Moses introducit, ita à reliquis divellamus; à nobis impetrare nulli possumus, ut de alio subjecto intelligamus v. 15. quem à Petro & Stephano allegari, ipse Pareus diffiteri nequit. Ita nullum applausum meretur Heidelbergensis Theologus, neque ex Reformatis quisquam, quod sciamus, fuit, qui Pareo ad stipularetur.

§. VII. Paulus Fagius annot. in h. l. itidem eo inclinat, ut, verba hæc: *Prophetam excitabo illis de medio fratrum suorum &c.* aliquo modo etiam ad omnes Prophetas omnium etatuum referri posse, censeat. Ne tamen Judæi inde suam causam juvari arbitrentur, diligenter attendendum esse monet, quid typo, quid antitypo conveniat. Insolens

solens enim non esse ait, ut uno eodemque loco de duobus vel pluribus agatur, ceu vel ex solo loco II. Sam. VII. 12. seqq. patescat, ubi quædam typus cum antitypo communia habeat, quædam autem prædicata ita propria posse deat antitypus, ut in consortium eorum typus nullatenus venire queat. Alius isque doctissimus Scripturæ Interpres hanc sententiam suam fecit, annot. ad h. l. cum, inquiens, rationes suppetant non minus pro Messia, quam reliquis Prophetis, eaque satis evidentes, neque ille, neque bi ex verbis Deuter. XVIII. excluduntur. Atque mihi quidem summa opere probatur illa Cœnæ Cabala, quam D. Glassius lib. 2. Pbil. Sacr. p. 317. edit. prima & lubens sequitur. Tandem, ad ducto loco II. Sam. VII. qui Ebr. I, 5. ad Messiam applicatur, ob prædicatum tamen, argui virga virorum, totus de Messia non loquitur, sed de Salomone quoque accipi debet, collectu, inquit, facile est, cum Messiam intelligi, tum Salomonem peccatorem, neque in prædicato, quod unius proprium est, alteri quicquam nascitur præjudicium, hoc solummodo admitti debet, dari sensum mysticum, qui non cuivis obiter Scripturam lustrans sit obvius. Paruit a queratione hoc Deut. loco Messias intelligitur & Prophetæ alii, nisi quod ille magnus, bi minores audiunt. Hugo quoque Grotius ad Act. VII, 37. Stephani in hunc sensum sermocinatum esse ait: Ille (Moses) Jesum commendavit verbis, ad Prophetas quidem alios aliquatenus, sed ad Jesum eximie pertinentibus.

§. VIII. Ut, verba ad Christum pertinere, res ipsa loquitur, & neminem dubitare sinit Apostolus & Proto-Martyr: ita etiamnum in quæstione est, an eadem de aliis Prophetis cuiusvis ætatis accipi debeant, & de illis Moses sit locutus. Aliter sane visum est B. Luthero, Tom. III. Latin. Jenens. fol. 123. Patrum item Græcorum Latino-

rumque pluribus. Ex Pontificiis, Bellarmino, Stapleto-
no, Sanctio & Lorino. Ex Reformatis, qui à Calvinio di-
vortium fecerunt, Francisco Junio, Drusio, Riveto, Pi-
scatori. Ex nostris plerisque omnibus, cum primis Hun-
nico, Gerhardo, Horneio, Helvico, Dn. D. Calovio, &
Dn. D. Schmidio, Theologo Argentoratenſi celeberrimo,
Collegio Biblico Priore, pag. 279. Qui ad unum
omnes vaticinium de solo Christo agere docent, de reli-
quis Prophetis haud item.

§. IX. Militat pro horum sententia contextus, qui,
Prophetam excitandum, sicut Moses fuit, futurum esse,
asserit. Cum vero Deut. XXXIV. 10. negetur, Moſi si-
milem venisse, de quibusvis Prophetis sermonem h. I.
haud esse, manifestum est. Deinde, si de aliis vatici-
bus ageretur verbis adductis, proclive fuisset Judæis ad alle-
gationem Petrinam excipere, non tam de uno, eoque
magnō Prophetā, sermonem esse Moſi, quam aliis plu-
ribus. Quod cum haud fecerint, sed suo silentio potius
argumentum Apostoli probaverint, inde quoque pate-
scit, de uno Prophetā verba adducta intelligenda esse.
Præterea ex contextu id liquet, ita omnia vaticinii verba
se habere, ut, de singulari Prophetā aliquo Deum loqui,
apparet, unde & ipſi Judæi sibi persuaserunt, de Josua
vaticinium intelligendum esse, in quem tamen illud mi-
nime quadrare, ostendimus. Et cum non plurali, נביאים,
Prophetas se excitaturum esse, promittat, uti alias II. Reg.
XVII. 13. & alibi loquitur, sed נביא Prep̄hetam, nulla cau-
sa supereft, quamobrem non de uno μονογενεῖ πατέρε, eo-
que plane eximio, vaticinium interpretemur.

§. X. Neque illa oppositio, quam Judæi juxta &
interpretes quidam Christiani urgent, tanti roboris esse
videtur,

videtur, utin aliam sententiam nos pertrahere possit. Series enim verborum proxime antecedentium ejusmodi est, ut & illa nostrum confirmet interpretamentum, veluti paulo post uberius ostensuri sumus, ubi Judæorum detorsiones complures adduxerimus. Hi enim, ne ~~υπογένεται~~ Prophetam aliquem admittere cogantur, variis modis voculas ~~κατά~~ & ~~κατόντι~~ sollicitant, & diversimode iis, prout cuilibet libet, ad suum commentum abutuntur.

§. XI. Rabbi enim Gerundenis, alias Ramban dictus, hunc in modum scribit: פְּקָרְבֵּךְ כֹּלֶם שְׁחֹתֶל לְבִטּוֹח בְּדִבּוֹרֵי שְׁחוֹא מְקָרֵב מַחְזֵק וּמִן עַל דַּעַת כְּמוֹנִי שְׁחוֹית נָאָמָן לְגַבּוֹא לְהַשְׁבֵּט וְהַאֲמִין בּוֹ כַּאֲשֶׁר אָתָּה בְּ: Verbis, E MEDIO TVO, vult dicere, ut possis verbis ejus tuto fidere, quia ille est, è medio tuo, è fratribus tuis. Et sic, mea sententia, voce significatur, quod sit fidelis futurus Propheta Dei, ut ei credas, veluti mibi fidem habuisti. R. Moses Alfschech, fol. 292. comm. in Legem, significationem hanc esse contendit: אמר כמוני אמר כמוני ^{פְּ} hanc esse contendit: אמר כמוני אמר לֵךְ וְכָרֵב אֲשֶׁר יִגְדֵּר בְּנַבּוֹא תְּ וְהַוְרָת כָּלִי שְׁלָא יֹאמֶר לֵךְ וְכָרֵב אֲשֶׁר יִגְדֵּר בְּנַבּוֹא תְּ וְהַוְרָת Voce ^{כְּמוֹנִי} شְׁנַת הַשֵּׁם עַל יוֹיְדֵךְ שְׁחוֹית כְּמוֹנִי וְלֹא נָגְדוּ: ^{כְּמוֹנִי} vult hoc significare, ne verbum quidem tibi dicturum eum esse, quod Propheticæ ^{פְּ} legi, à Deo per me data, repugnet. Tantum sicut ego futurus est, minime mibi contrarius.

§. XII. R. Abarbenel fol. 371. in eundem sensum commentatur: אמר הוּא יַחֲבֵר נְבוֹא אֲקִיטָה לְהַמְּטָה כְּמוֹךְ רֵךְ שְׁהַנְּבֵיא אֲשֶׁר יִקְים אֶלְيָהָם לְאֵת וְהַיָּה חֹלֵק על מִשְׁתָּחָ וְדִבּוֹן וְלֹא חֹלֵק על מִצְוָה מִמְּצֻרוֹת אֲכָלָה וְהַיָּה בְּעִנּוֹן הַתּוֹרָה וְהַמְּצֹוֹת כְּמוֹתוֹ לְשִׁוְחוֹר עַל הַדָּבָר בְּשָׁמְרוּתָם וְקוּמָם כְּמוֹ שְׁחוֹת מִזְהָרָר מִרְעָה וּמוֹתָה וּמִשְׁרָךְ שְׁהַנְּבֵיא אֲשֶׁר לֹא וְהַיָּה כְּמוֹתוֹ אַיִן גְּבָא אֶמֶת וּרְאַת לְהַוְרָת

להרגנו כי היה דנביה בריעתו וגזרתו כתומו הוא
הנבי עצמי במצאותו ואמתתו ולוֹן נאמר בענין
ענסו אך הדנביה יזר לרבר בשמי את אשר לא צוינו
ונז' כי הנה קרא זה ורונן לבו הרשiao לרבר כנגד ארון
הנביאים ותורתו וכי שלח יוז פיו ולשונו לרבר במשיח
השם בכל בותונאנו הוא ונכח :
*Cum dixit Deus benedictus:
 Prophetam excitabo sicut te, vult significare, Prophetam exci-
 tandum non dissensurum à Mose vel precepto ejus, sed, quod Le-
 gem & præcepta attinet, ei parem futurum esse, hoc est, ad ob-
 servationem & impletionem illorum aque abortaturum esse,
 atque Mosen. Ex hoc consequitur, Prophetam, qui non est se-
 cut Moses, non esse verum Prophetam, adeoque occidendum.
 Cum enim de essentia veri Prophetæ sit, ut Mose in doctrinis &
 edictis pars sit, ideo dictum est in irrogatione pœna illius : sed
 Prophetæ ausus loqui in nomine meo id, quod ei haud præcepit &c.
 Ecce vocat arrogantiam, quia superbia cordis ejus seduxit eum,
 ut contra Prophetarum Dominum & legem ejus loqueretur. Ec-
 quis vero contra unctum Domini (I. Sam. XXVI, 9.) in tota do-
 mo ejus fidem (Num. XII, 7.) & innocentem, manum, os &
 lingvam suam elevabit, ut contra unctum Domini loquatur.*

§. XIII. Sed R. Abarbenel sui oblitus, col. i. fol.
 371. alio modo voces, **כמו** & **כמוני** detorserat, dum De-
 um voluisse docet, **כמו** **שבחרותי לך** : **quemadmodum te**
לא **שוויה** **נביא** **אחר** **כמרנת** elegi. Pergitibidem :
משה **רבני** **ומעלוי** **כי** **אם** **שוויה** **נבחר** **מאתו** **יתברך**
כמו **שוויה** **נבחר** **משה** **לనכחותו** **לענין** **הקredo** **שוכר**
Non est **הרמו** **כמוני** **כמו** **לי** **במעלה** **הנבואה** :
*sensus, futurum Prophetam alium in Moysis Doctoris nostri gra-
 du & dignitate, sed quod ab ipso Deo sit eligendus, veluti Mose-
 s ad suum munus Propheticum. In verbo igitur, excitabo, com-
 paratio est querenda, non in Propheta & presentia. Hujus A-
 barbenelis*

barbenelis vestigiis, utfere solet, R. Abendana, Spicilegio ad librum Michlal Jophi, insistit, & gemella docet.

§. XIV. Longe aliter sentire videtur his antiquior ille quidem, non obscuri tamen nominis doctor Ebræorum R. Bechai, cuius commentum ita habet :
 שהוצרך לומר כמווני כרי שלא הבין ממלת אחיך בני עשו או בני ישמאל לפו שמצינו בבני עשו כי אמר אחר ישראל ולפי קר הוסיף ואמר כmor כולם מבני יעקב וזה סותר אמונה ארום וישמעאל שאין הנכואה *Quod vero ipsi aabibenda fuit dictio ia in-defactum est, ne voce intelligeres Idumeos aut Ismaelitas.* *Quia de Esavi posteris dictum deprebendimus* (Num. XX, 14.) *Sic dixit frater tuus Israël.* Atque ideo sic addit ו'ait, *sicut te, q. d. de posteris Jacobi, qui repugnat religioni Edomi ו' Ismaelis, quia inter illos nullus locus est Prophetia.*

§. XV. Rabbi quoque Albo, Christianorum antagonista acerrimus, in eadem comparativa particula sibi visus est invenisse, quod ad Christianorum ex hoc loco formatum exciperet argumentum & in ipsos retorquearet, part. 3. c. 19. libri Ikkarim, verba ejus hæc sunt :

על זה חורן יושב על החולקים עליו ואומרם כי מה שכותב בחורה נביא אקייס לחת טרכב אחיהם כמיור וגתיי דבורי בפיו ורבר אלהיהם ארבי כל אשר אצוני שלל נביא שתנתן תורה על רבו כמי שנתרה על ר' משרא ושפקרב אחיהם רל מאורי וישראל ולא מהם אף אנחנו נאמר להב שאף לפוי דרכם שהב אומרים שחכחות מדבר שעודה נביאת שתנתן תורה על ירו כמו תורה ור' ממשה מם אחר שאמר נביא אקייס להם כבוד ראיו שתורת הקמתו ואמורת נכיאתו שהוא שהיה אמות שליחותן השליח שהוא עקר לתורה האלוהית כמו שאמנו על תורה שהחמתה

שְׁנִית אַתָּה נָכַיָּה שֶׁלֶת מֵשֶׁה בְּמִעֵד שְׁשִׁים

Hunc in modum
respondeatur disceptantibus nobiscum & afferentibus, cum scri-
pium est : Et excitabo eis Prophetam ex medio fratum eorum,
sicut te, & dabo verba mea in os ejus, & loquetur omne, quod
ei praecepero ; denotari Prophetam, per quem lex sit danda,
velut per Mosen data est. Ex medio fratum illorum, b.e. Is-
raelit, & non ex illis (gentibus.) Respondebimus illis, se-
cundum illorum modum colligendi, quo dicunt scripturam doce-
re, Prophetam futurum, per quem תֹוֹרָה vel doctrina detur,
velut per Mosen est tradita ; tamensequi, quia dicit, Proph-
etam sicut te excitabo ipsis, convenientis esse, ut ejus excitatio, &
prophetia illius verificatio (quamlibet aliud est, quam probatio le-
gationis illius, qui missus est, in qua legis divina fundamentum
consistit, veluti diximus) stabilietur, sicut verificata est proph-
etia Mosis, sex myriadibus virorum adstantibus absque omni du-
bio vel suspicione. Rabbi Lipmannus itidem ר' ur-
get, & illud Christianorum sententia repugnare censet, unde l. cit. telum in nos vibrandum suis contribulibus e-
jusmodi suppeditat :

אֲרוֹבָא לְפִי רַעַם תְּקַשֵּׁת לְהַטָּה
אָוֹכְכָה בְּאַמְּרָתָה לְמַרְעָתָה שְׁהָהָר אַרְם וְלְהַטָּה אֱלֹהָה
E contrario objice ipsis secundum eorum sententiam, ecquomo-
do eum (Christum) cum Mose, doctore nostro, comparare au-
deant, qui tamen homo fuit & non Deus.

§. XVI. Sed ad hasce detorsiones Judaicas respon-
dere adeo difficile non est. Quod enim R. Gerundenis,
Alschechi & Abarbenelis interpretamenta attinet, frivola
illa plane sunt & a textu aliena. כְמוֹן ר' & hoc lo-
co ad fidilitatem, qua in quovis & vulgari Propheta exi-
gitur, haud referendum esse, ipse contextus docet. Con-
similiter neque de genere Iudaico, neque vocatione imme-
diata,

diata, neque *doctrina*, voculas illas accipiendas esse, inde liquet, quod hæc in nomine נָכִיָּה, ista in verbo אֲקַנֵּ, illud in verbis מְקֻרֶב אֲחִיהָם satis abunde significantur. Et quia Moses non usus est particula נָאָשָׁר, sed voce כְּמוֹנִי, haud obscure patet, aliquid in subjecto potius denotari, quam excitationis modum, perinde ac Gen. XLIV. 15. cum dicitur אִישׁ אֲשֶׁר כְּמוֹנִיvir, qui sicut ego. & v. 18. כְּמוֹן כְּפֻרְעָה. Quin ellipsis pronominis אשר, quam textus poscit, & Scripturæ usitatam esse B. D. Glassius lib. 3. Phil. Saer. can. XXII. ostendit, id quoque comprobat, τὸν nequaquam ad verbum אֲקַנֵּ pertinere, ut R. Abarbenel inepte contendit, sed ad præcedentia esse referendum, id quod ipse situs accentus Sakephkaton indicare videtur.

§. XVII. Quod vero R. Bechai, τὸν ad denotandos natales Prophetæ excitandi & excludendos Idumæos adhiberi, asseverat, in eo is quoque fallitur. Satis enim jamdum verbis, מְקֻרֶב אֲחִיהָם *ex medio fratum illorum*, sunt exclusi extranei quicunque. Cum illis enim erat Mosi sermo, qui unum parentem Jacobum communem habebant, hoc est, cum cœtu Israëlitico. Licet vero Idumæi fratres quoque Israëlis appellantur, minime tamen illa notione, quæ h. l. occurrit, id fieri cogitandum est, sed aliquanto latiore, quatenus ex Esavo, Jacobi fratre, oriundi illi erant, adeoque gradu adhuc ulteriore Israëlitis sanguinis propinquitate juncti.

§. XVIII. Neque R. Joseph Albo vocem repte eo usque extendit, ut, veluti Moses suam legationem comprobavit, dum tot millenis viris præsentibus pro Dei viro & Propheta est habitus, ita necessum fuerit, Christianum, si par ei esse debeat, eodem plane modo & totidem

viris, testibus suæ legationis, veritatem ostensum ire.
 Quasi vero Deus se ita unímodo adstrinxerint, ut diversa
 ratione auctoritatem ei, quem mittit, conciliare nequeat.
 Ipse Abarbenel fol. 371. col. 3. id bene perspexit, ex
 non licere ita colligere, nisi absurdum inde sequi velis.
 Sic enim contra suum contribulem disputat:
אָתֶךְ יִאמֶר
 על כל פנים שמלת כפוני החוויכ שבל הנכאים ואמרו
 נכוותיהם כמו שנחאת משׁרֵך ותחוויכ שבלם
 ירבר עמס השׁי לעוני כל העם Si dixerit,
 במוֹנִי id velle, omnium Prophatarum prophe-
 cias ita verificandas esse, veluti Mosaicæ est verificata, seque-
 tur, Deo cum omnibus loquendum, conspiciente populo, Et mare
 dividendum esse.

§. XIX. Tandem & R. Lipmanni telum obtusius
 est, quam ut inde aliquid metuendum sit periculi. Si e-
 nim comparatio ibi quoque locum habet, ubi duo extre-
 ma in uno tertio convenient, licet in reliquis haud parum
 discrepant; liquido patescit, aërem verberasse recuti-
 tum, dum duas naturas opponit, & inde negat, Christum
 Moysi homini parem esse posse, quod eum Deum quoque
 esse credamus. Antequam vero tertium comparationis,
 & vim vocis כמונו ostendamus, Bellarminum lib. II. cap.
 6. de Eucharistia audiemus, que, inquietem, adferuntur
 ut similia, debent esse similia in re, de qua disputatur, non au-
 tem in omnibus. Sed quam parum memor hujus obser-
 vationis fuerit Cardinalis, ex lib. IV. c. 5. de Justificatione
 patet. Probaturus enim, Christum legislatorem esse, ad
 vocem כמונו hujus vaticinii provocat. Sed cum Christus
 Moysi, ut legislatori, opponatur Joh. I. 17. ubi legem per
 Mosen datam, gratiam vero & veritatem per Christum
 factam esse, Evangelista testatur, in aprico est, Christum
 sub

sub ratione *viquodēts*, seu legislatoris, minus recte eum
Mose comparari. Minime igitur *כָּמוֹנִי omnimodam aut*
quale in cuncte aequalitatem declarat, aut exactam con-
venientiam in quibusvis prædicatis, quæ utriusque membro
comparatorum competunt, designat.

§. XX. Quæ cum ita se habeant, cauto opus est,
ne in eo comparatio queratur, ad quod neque loquentis
scopus, neque contextus nos inducit. Sane dum hunc
penitus expendimus, Moses ipse, indice quasi digito, o-
stendere videtur medium comparisonis. Prophetam
enim hunc singularem eis datum iri, docet occasione ser-
monis in monte Horeb habitu, ubi Israëlita, vocem Dei
terribilem & sibi tantum non lethalem deprecantes, me-
diatorem sibi dari petunt, quod ipse Abarbenel, comm.
Deut. V, 37. agnoscit, ubi populum ita loquentem intro-
ducit, *אתה תְּהִלֵּחַ שְׁלִיחַ וְאַמְצָעַ בָּרְכָּה* *tu sis legatus*
& mediator in loquendo. Deus illorum precibus locum
relicturus, Prophetam, sicut Mosen, se eis excitaturum
pollicetur. In eo igitur Mosi par excitandus Propheta
dicitur, quod, perinde atque Moses, *מְכִירָתָךְ* futurus in-
ter Deum & populum, huic Dei voluntatem annunciatu-
rus sit.

§. XXI. Sic enim habent verba divina v. 18. *& dabo*
verbamina in eos ejus, & loquetur ad eos omne, quod ei præce-
pero. Ad quæ verba R. Lipmannus scribit: *הָנֶה אֲנִי*
שׁוּמָע כִּי הַנְּבִיא הַזֶּה אֵין כֵּן כִּי לְרֹבָּר אֵלָא מִתְּשִׁיעָות
עַלְיוֹ בּוֹרָאוֹ וְהַזָּה בְּעַצְמָוֹ לֹא יִכּוֹל לְדַבֵּר מְרֻעָתוֹ
וְלֹא לְשֹׁוֹרַת כְּלָס וְאֵם כֵּן הוּא נְבִיא וְלֹא אלֹהָה:
Ecce, audio, bunc Prophetam non locuturum esse, nisi qua crea-
tor ipsius præceperit, ex seipso vero & sua sententia cum aliquid
loqui aut quicquam præcipere haud posse. Si vero itares habet,

Propbeta erit, & non Deus. Sed Prophetam hunc ex sua sententia aliquid præcipere haud posse, male R. Lipmannus inde colligit, quod Deus, verbum suum in os ejus se inditurum, promittit. Ex hoc enim illud minime sequi, inde novimus Christiani quod hic Propheta nudus homo non est, sed simul Deus. Unde non repugnat, eum, ut hominem, verbum à Deo accipere, & tamen ut Deum, ex propria autoritate & sententia illud proferre. Quæ si recutiti adhuc dubia & incerta esse causati fuerint, ut illam à Christo majoribus illorum propositam quæstionem tandem solvant, urgendi sunt, ecquomodo Messias, qui filius Davidis ipsorum Judæorum concessu est, insimul Dominus ejus vocari queat Ps. CX. ? Quæ duo, cum itidem ut incompossibilia habita fuerint Judæis id temporis, ita cerebellum illorum fregerunt, ut ad quæstum plane obmutuerint, neque amplius quicquam interrogare fuerint ausi, Matth. XXII. ult.

§. XXII. Dum vero ita verbum suum ori Prophetæ se commissurum esse ait, eo ipso testatur, supereesse adhuc aliquid dicendum, quod non eo modo, quo Decalogus latus est, in medium proferendum, sed ex ore humano audiendum sit. Neque Prophetam mediatorem ejusmodi se missurum dicit, qui ordinarie increpatione impietatis & injustitiae utatur, & judicia divina & pœnam, pœnitentiam non agentibus, minetur; sed qui bonum aliquod futurum annunciet, & verba loquatur, quæ Deus adhuc dicenda reservavit ad consolationem & τελείωσιν populi sui. Si enim nihil amplius dici debuit, quam quod Moses protulerat, neque alio modo dici debuit, quam quo Moses id dixerat, quid opus fuisset, promitti Prophetam, qui loqueretur verba Dei, & hac ipsa differentia à Mose

Mose distingueretur. Supererat igitur adhuc aliquid revelandum à Prophetā illo. Et ita non Judæis modo, sed & Samaritanis persuasum fuit, unde & scemella Samari-tana Joh. IV. v. 25. ab adventu Messiae uberrimam revelationem suspendit.

§. XXIII. Nempe annus gratiæ adhuc restabat, quo libertas & consolatio omnibus lugentibus annuncianda erat, hoc est, ἐναγγέλιον, sive concio boni nuncii, quod per Messiam mediationem, & sanguinem foederis pro hominibus effusum, damnatio & maledictio legis ablata sit. Unde ipse met apud Esai. LXI. 1. 2. se missum ait, *ad Evangelizandum mansuetis, ad obligandum fructos corde, ad praedicandum captivis libertatem.* Quæ verba Messiae esse, Judæi largiuntur, perinde atque Kimchi verba Ps. XLV. 3. *gratia effusa est in labia tua,* de eodem accipit, & sensum esse ait:

כָּנָאָה מִרְכֵּב וּבָרֶךְ חַן כָּלֹן רַבְּרִיךְ חַן *Cum loqueris, verba tua adeo sunt gratiosi, ut gratia in labia tua quasi effusa videatur.* Complementum vero verborum videre est Luc. IV. 15. ubi Evangelista ait: 'Εδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς δόξαζόμενος ὑπὸ πάτων, & v. 22. Εθαύμασαν ὅτι τοῖς λόγοις ἦχαριτος, τοῖς ἐπιφερούμενοις ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ. Hoc factum est, cum ἂς, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Ἰησος, τῷ πίπαται τῷ Θεῷ ἐλάλη, Joh. III. 34. veluti ipsemet id testatur, Joh. XII. 49. Ego, inquiens, *ex meipso non sum loquutus, sed qui misi me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam et quid loquar.* Hic est ille, de quo Esaias c. XLII. 4. est vaticinatus, : **וְתַחֲרוּתִי אַיִלְתִּי וַיְהִי** *& doctrinam ejus insula sperabunt, quam Hierosolymis egrediuntur a se idem Cap. II. 2. prædixerat. Hæc* **זְרוּחַ** *sive doctrina revera verbum Dei est, quod Prophetæ in os Deus dicitur datus.* Et ita Judæi maximopere hallucinantur,

voce תֹוֹרָה nihil aliud, quam Legem Mosaicam concipientes, cum tamen illa etiam fœdus gratiæ quandoque complectatur, & doctrinam, qua ad vitam æternam eruditum, quam Propheta h̄ic promissus, & suo tempore exhibitus, plenam consolationis manifestavit, & afflictos invitavit, respicite, inquiens, *ad me & salvamini, omnes fines terra.* Ef. XLV. 21. 22. Math. XI. 28.

§. XXIV. Ceterum Judæorum h̄ic pertinacia tan-
ta est, ut, Prophetam Mosi gradu vel dignitate parem se-
culturum fuisse, vel aliud quid unquam, quam legem Mo-
saicam, traditum iri, præfracte negent. Omnia suorum
contribulum loco loquatur R. Moses Maimonides,
qui inter Judaicæ fidei articulos, quos omnes fere Chri-
stianis opposuit, hunc ipsum septimum esse voluit:

אני באמון באמונה שלימה שנכוואות משה רבינו עלה היר
אמתוות ושהוא רוח אבי להכמים לקורמים לפניו
Ego credo fide perfecta, omnes prophetias
Mosis doctoris nostris l. m. veras esse, & eum patrem esse Sapien-
tum cum antecedentium tum eum subsequentium. Et artic. IX.
אני באמון באמונה שלימה שוואת התורה לא תהא
מוחלפת ולא תהא תורה אחרת מאת הבורא יתברך
שם: Credo fide perfecta, quod hoc Lex (Mosaica) non sit
mutationi obnoxia, neque alia lex unquam sit ventura a creato-
re, cuius nomen sit benedictum. Et sic nullum Mosi parem,
nendum superiorem eo, admittit Prophetam. Consimili-
ter nihil omnino, præter Legem Mosaicam, idem Mai-
monides stabile & perpetuum fore contendit. Ita enim
Hilkot יסוד התורה cap. IX. de Legis Mosaicæ immutabi-
litate sermocinatur:
רבר ברור ומפרש בתורה שוויא:
מצוות עומרת לעולם ולעולם עולמים ואין לה לה
שנו ולא גרען ולא חספה שנאמר אה' כה
חבור

* (25) *

חובך אשר אנכי מצוה אתכם אותו תשמرون לעשות
 לא תוסיף עליו ולא תגרע ממנה ונאמר הנגלוות
 לנו ולבנינו עד עולם לעשות כל דבריו התורה הזאת
 הא למרות שכל דבריו תורה מצוין אנו לעשותן עד
 עולם וכן הוא אומר חקוק עולם לרורותיכם ונאמר
 לא בשמות היה. הח' למרות שאין נכיה רשי
 לחורש רבר מעתרה. לפיכך אם יumper איש בין בן
 האומות בין משנואל וישראל אותה ומופת ויאמר שהשם
 שלחו להוסוף מצוה או לגזרע מצוה או לפרש במצוות
 מן המצוה פרוש שלא שמענו ממשה או שאמר שאותן
 המצאות שנצטו כהן וישראל אין לעולם ולדורו דורות
 אלא מצות לפי חזון היו הרים זה נכיה השקר שהרי
 בא להכחיש נכוותו של משה ומיתתו בחנק על
 שחיר לזכר בשם רשות אשר לא צורו טהוין אל
 ברוך שמו צור למשה שהמצאות הוארת לנו ולבנינו
 עד עולם ולא איש אל יוכוב אם כן לмерה נאמר
 בתורה נביין אקים להם פקר אהיהם כפוף לא
 לשונות רת חינ' כי לא לזרוח על רבר
 התורה ולהזוויר העט שלא עברו עליה כתבו
 שאמור אהרון שבנביאים וכורו תורה משה :

Oppido manifestum & perspicuum est ex Lege, quod illa sit preceptum stabile in seculum & seculorum secula, nulli mutationi obnoxium, non minuendum neque augendum, quia dictum est (Deut. XII. 32.) omnia, que ega nobis precipio, custodietis faciendo, neque addes, neque minues. Et dictum est, revelata sunt nobis & filiis nostris in seculum, ad faciendum omne verbum hujus legis (Deut. XXIX. 29.) Ecce percipis, nos obligari usque in seculum ad verborum legis observationem. Atque ita ille ait (Lev. XXIII. 14.) statutum seculi in generationibus vestris. Et dictum est (Deut. XXX. 12.) non in caelis illa est. Ecce discis inde, nulli impingo Prophete ab hoc tempore licetum

esse quicquam innovare. Propterea si surrexerit quispiam, si-
ve gentilis fuerit sive Israëlite, & fecerit signum & miraculum,
simulque perbibuerit, à Deo se missum esse ad augendum præ-
ceptum, vel minuendum, vel explicandum præceptum ex præcepto,
quod ex Moše haud audivimus; aut qui dixerit præcepta, qui-
bus Israëlite obligabantur, non duratura in seculum & genera-
tiones generationum, sed pro tempore duntaxat lata esse, ecce hic
falsus est Prophetæ. Surrexit n., ut mendacii arguas Mosaicam
Prophetiam. Strangulatione igitur puniatur, eo quod præsumpsit
loqui nomine Dei, qui tamen id ei haud præceperebat. Deus enim,
cuius nomen est benedictum, præcepit Moše, ut hoc tradiceret no-
bis & filiis nostris in seculum. Ille vero non est vir, qui mentia-
tur (Num. XXIII. 19.) Si vero itares habet, ecur in lege
(Deut. XIIII. 18.) additur, Prophetam excitabo eis è medio
fratrum illorum sicut te? Non ut Legem ferat, sed ut verba
Legis præcipiat, & populum admoneat, ne illa violet, veluti
Prophetarum ultimus dixit (Malach. IV. 4.) mementote Legis
Mosis.

§. XXV. Rigidus Judaismi propugnator Maimo-
nides eadem opera, & Legis Mosaicæ perpetuitatem de-
monstrare, & lectorem edocere voluit, quem sensum or-
aculi nostri Judæi tradant, nempe Prophetam illum ni-
hil præter præcepta Mosaicæ inculcaturum, & solum ad
morem illis gerendum populum adhortaturum esse.
Quod falsum esse, supra ostendimus ex verborum em-
phasi, & Prophetarum testimoniis. Similiter illa quo-
que, qua de Legis æternitate disputat, ejusmodi sunt, ut
ad ea jam dudum, cum à Christianis, tum à Judæis ipsis,
responsum sit. Quod enim præcepta quædam perpetua
vocantur, id nullam immutabilitatem in eis arguit. No-
nunt quippe Ebræi, in lege sua tempus perpetuum & servi-
tutem

tutem perpetuam vocari, quæ durant à Jubilæo ad Jubileum. Ut ita rōperpetuum opponatur quandoque annualibus, & זמן מוגבר definitum tempus notet, veluti Albo part. 3. c. 16. Ikkarim ultro fatetur, & cap. 13. contra Maimonidem afferit, ibi enim expresse scribit : **כasher ישין זה** הרעת נמצא שאין מחויב שלא תשנה הורת הלאות :
Si attentius quis hanc sententiam perpperderit, deprebendet, exinde minime sequi, legem divinam immutabilem esse. Et cum ad locum Deut. XII. 32. respondisset, eum non universim ad ipsa præcepta legis referendum esse, sed duntaxat ad modum, quo fieri debent, ne ad nostrum libitum legem exponamus, subjicit hæc verba : **הכתוב לא וחיר אלא** שאחננו לא נסיף ולא נגער מຽתינו אל המצוות אבל מה הטענו שלא יהות חוץ מוסיף או גורע : **Scriptura non probibet, nisi, ne addamus aut detrabbamus quidquam præceptis ad arbitrium nostrum.** Sed quid obstat, quo minus Deus benedictus addat quid vel detrabit, quando sapientia ejus visum fuerit ? En conscientem Judæum, quod Maimonides adeo præfracte negat ! Sane, si quid cessare faciat Deus, id nullam in eo mutationem infert, neque, ut Maimonides sibi persuasum habet, veritati vel immutabilitati ejus adversatur. Longe aliud enim est, *Deum velle, rem mutari*, & aliud, *voluntatem Dei mutari*. Sicut ex Thoma, p. 1. q. 19. 2. 7. B.D. Horneius Instit. Ethic. lib IV. c. 3. inculcat, cum hic de intrinseca Dei natura sermo haud sit, sed de operibus extra eum. Nempe, quæ ad tempus fieri vel valere voluit Deus, ea, quum cessant, & id, quod præfigurare jussa sunt, non amplius significant, nullius sunt ulteriori, adeoque merito exoleverunt, citra ullam in Dei voluntate mutationem.

§. XXVI. Quod Maimonides negat, ulli Prophetæ licitum esse לחרש דבר מעלה quicquam in posterum innovare, id si Rabbi ita intelligit, nullum Mosen subsequentium Prophetarum quicquam docere vel facere posse, quod doctrinæ vel factis illius penitus sit disforme, receptæ apud Judæos sententia repugnat, quam R. Abarbenel p. 87. col. 4. libelli מפעליות אלוי his verbis recenset: אהול אמר לך עבר על רכבי התורה שמע לו חזץ מעלה וכל העבר על צוויו חביב מיתה Dixerunt Dd. nostri l. m. Si tibi dixerit (Propheta) verba legis transgredere, obtempera ille, nisi ubi ad idololatriam allicit. Quicunque enim ipsius præceptum violat, reus mortis est, quia dictum est (Deut. XIX, 18.) quia requiram ab eo. Ex quibus verbis liquet, Judæos docere, ad veri & probati Prophæta imperium qualecumque præceptum divinum intrepide violari posse, excepto illo de unius Dei cultu. Atque idem quoque R. Moses Koenensis præcept. affirmativ. 6. fol. 97. lib. 2. præcept. magn. affirerit, ubi subdit: אפלו אמר לך ועbor על אהת מכל מצות שבתורה לזכור שעה כמו שצורה אלהו לשוחות Etiam si dixerit tibi, unum de omnibus præceptis in Lege contentis viola, urgente necessitate, veluti Elias præcepit, ut macarentur sacrificia extra locum consuetum in monte Carmel, (I. Reg. XIX.)

§. XXVII. Cum vero Christum, verum Prophetam esse, signa & miracula ejus evidenter probaverint, & is idololatriam vetuerit, omnino Judæorum erat, verbis illius fidem habere, & cum tempus, in quod ejus nativitas incidit, tum alia κεριθια Messiae exactius perpendere. Sane profapia ipsius, testimonium Johannis Baptistæ, quem ut sanctum & integræ vita hominem ipsi Judæi in libro Chro-

Chronico Judæorum dilaudant, & alia, ejusmodi sunt, ut merito ea magnificare debuerint. Quam memorabile & illud est, quod Matth. XVII, 2. refertur, duos maximos Prophetas, Mosen & Eliam, tum adfuisse, cum in illa *Μεταμορφώσει* pro summo Propheta obsignatus est, & vox cœlitus delata, **HVNC AVDITE.** Quæ clausula cum hoc loco nostro collata, haud obscure significat, singulari & reliquis Prophetis haud communi more commendatum Prophetam plane eximum esse, adeoque merito recipiendum. Qui quomodo dignitate & gradu non æquet modo Mosen, sed certa ratione superet, paulo fusijs iam nunc sumus ostensuri.

CAPVT SECUNDVM.

S U M M A R I A.

De Prerogativa Mosis, qua alios Prophetas anteiverit, Vetus Judeorum gloriatio. Proprietas ipsius εξοχὴ & singularis revelationis modus à Maimonide recensetur. Non eo minor in Christo fuisse ostenditur. Secunda prerogativa, officii dignitas, loci Num. XI, 7. & Ebr. III, 5. illustrantur. Grotius & Jacobi Capelli glossæ repudiantur. D. Coccejus laudatus. *Judeorum testimonium, de Messia, Mosen ipsosque angelos superaturi, præcellentia, recutitis oppositum.* Tertiaprerogativa, miraculorum multitudo à R. Menasseh exaggerata. Tres species miraculorum ab Abarbenele recensita. Mosis Legationem iiii comprobatam, Abarbenel largitur. Maimonides odio Christianæ religionis miraculorum efficaciam elevans cum R. Abarbenele committitur. Christi Savmarie apud Judeos celebritas. Miracula illius insig-

gnis̄ra, Messia characterem complectentia, recensentur. Iudorum calumnia, arte magica Christum usum esse, recundatur. Notabile discrimen magi & Prophetæ veri ab Abar. benele allatum. Quæ Judæi in vero Prophetæ exigunt, Christo competere, ostenditur. Nequicquam Decalogi abrogationem, Christiana religionis professione, metuere recutitum, ostensum.

§. I.

Moses, quem Ebræi nunc *dominum suum*, nunc *doctrinem suum* vocare amant, & cūjus discipulos se jactabant. Joh. IX, 28. ita ab eis extollitur, ut omnes alios Prophetas quoscunque longe inferiores eo fuisse glorientur. Prima prærogativa, quam præ aliis habuerit, à R. Maimonide, *Hilkot Tora* cap. 7. his verbis describitur: מה הפרש יש בין נבוארת משה לנכואה כל' שאר הנכאים שכָּר הנכאים בחולם ובמראה ומשה רבינו רואה והויא עיר ועומד שנאמר וכבוד משה אל אחד מועד לדבר אליו וישמע הקול מרבר אלו. כל הנכאים על ידו מלך לפיקר רואים מה שהם רואים כמשרת וחוורה ומשה רבינו לא על כל ידו מלך ש' פה אל פה ארבר בו ונאמר ודבר השם אל משה פנים אל פנים ונאמר ותמונה הד' יביסת כל' שאין שם משל אלא רואת הרבר על בוריו بلا חוויה ובלא משל והוא שהתורה מעידה עליו ומרת וראת בחוריות שאינו מתגנֶז בחרות אלא במראה שרואה הרבר על בורוי' כל הנכאים יראים ונכחלים ומתחמוגין ומשה רבינו אין לו הווה שתכתוב אומר כאשר ירביר איש אל רעהו כל' כמו שאיןARDS נכח לשםוע דבריו חבירי קר חוויה כה ברעתו של' משה רבינו להכין דבריו הנכואה והוא עומר על עומו כל הנכאים אין מתגנֶז בכל עת

* (3) *

עת שורצנו ומשה רבניו אנו כו ארא כה זמן שוחפְאַךְ
רוח הקרש לבשו ובכואה שוכה עליו ואני צרי
לכזון רעהו ולהזמין לה שחורי הוא מכוזן ומזמן ועומר
כמלאכי השורה לפוך מתנכה בכל שן שנ עמרו
ואשמע מה יzhouה והם لكم וכוה הבהיר האל שן
לה אמור להם שבוי لكم לאחלי' ואחה פה עמור עמרו;

Ecquid discriminis intercedit inter Prophetiam Mosis & reliquorum Prophetarum? Id in eo conslit, quod omnes Prophetae in somnio vel visione, Moses vero, doctor noster, vigilans & stans viderit, quia dictum est (Num. VII, 89) & cum ingredetur Moses tabernaculum, ad loquendum cum illo, audivit vocem loquentem ad illum: Omnes Prophetae vaticinantur, angelii interventu. Idcirco quicquid vident, per enigma & parabolam accipiunt. At Moses Doctor noster non item, quia dictum est, (Num. XII, 8.) quia ore ad os ei loquar, & scriptum est (Exod. XXXIII, II.) & locutus est ad Mosen Dominus de facie ad faciem. Et porro dictum est, & Domini imaginem videt (Num. XII, 8.) q. d. nulla ibi similitudo est, sed rem clare perspicit, ut in se est, sine enigmata vel similitudine. Et hoc est, quod scriptura testatur de eo (Num. XII, 8.) & visione non enigmatibus, quod nempe non obscure vaticinatur, sed visione intuens rem in claritate sua. Omnes Prophetae timent, terrenzur & colliquescent; Moses vero doctor noster haud ita se babet. Scriptura enim dicit (Exod. XXXIII, II.) ut vir cum proximo suo loquitur, q. d. quemadmodum ad proximi sui sermonem homo non obstupefit, ita se Moses robur habuit, dum Deum cognovit & verba prophetiae intellexit. Ille enim perfectus stetit in suomunere. Nullus Prophetarum omni tempore, & quandoeunque vult, vaticinatur. At Moses doctor noster aliter se babuit. Quoties enim voluit, spiritus prophetiae eum induit, & prophetia ipsi incubuit, neque ut ad eam se prepararet opus habuit.

Etabuit. Ecce enim in istar angelorum ministeriorum stetit paratus & dispositus. Idcirco omni tempore vaticinatus est, q. d. (Num. IX. 8.) state, ut audiam, quid Dominus praecepens sit vobis. Et in hoc Dominus eum confidere fecit, quia dictum est, (Deut. V. 30. 31.) vade, dic eis, revertimini in terra vestra, tu vero mecum habita.

§. II. Ita ordine reliquorum Prophetarum Moses a Judicis eximitur, quod non more illorum vel in somnio vel in ecstasi a Deo edoctus sit, sed vigilans, voce sensibili in aures illapsa, citra omnem tremorem, quo Daniel aliquaque affecti sunt Prophetæ, Dei voluntatem percepit, tanquam amicus cum amico collocutus. Sed quantacunque haec familiaritas & conversatio Mosis cum Deo fuerit, longe tamen minor illa fuit, quam Christi, qui in *sinu patris sedet*, Joh. I. 18. inter quem & Deum est שׁוֹרֵם עֶזֶל, consilium pacis, Zach. VI. v. 13. quem pater diligit & honoret, Joh. V. v. 10. cap. VIII. v. 50. 54. Qui filius Dei est Matth. III. 17. in quo ipsa *Deitatis plenitudo habitat corporaliter*, Col. II. 9.

§. III. Altera prærogativa Mosis in dignitate consistit officii, ab ipso Deo Num. XII. 7. his verbis recensita: בְּכָל־בּוֹתִי נָמַת קָרְבָּן in tota domo mea est fidelis. Si ve τὸ ΙΩΝ de dignitate exponas, quomodo Dieux observatione Cloppenburgii, animadv. ad Ebr. III. accipendum esse monet, & ex Ebræorum usu confirmat, sive de fidelitate intelligas, quam ab Apostolo usurpata vox πιστός alias significat, adhuc eminentior est Christus. Licet enim Moses primus fuerit, qui V. T. Ecclesiam ad tempora usque Messias ordinavit, & voluntatem Dei declaravit, & post eum nullus venerit, qui quid diceret, quod ab illo non prius dictum esset, quod secederis substantiam attinet, adeoque

adeoque omnibus Prophetis secururis leges quasi fixerit ; in omnibus tamen nonnisi Θεράπων fuit, & quidem etiam εἰς μαρτύριον τὸν λαληθησομένων, Ebr. III. 5. Quæ verba H. Grotius minus recte explicat, dum sensum eorum esse ait : *ut pronunciareret populo ea, qua Deus ei dicenda quoque tempore volebat*, & J. Capellus male sibi persuadet, intelligi testimonium, quod in monte Sinai perhibiturus erat. Cum enim, ut Coccejus in h.l. bene notat, minime dilectum sit, εἰς τὸ λαλεῖν τὰ λαλητέα, neque ἀέδῃ, vel ἀέθελῃ, sed τὸν λαληθησομένων, non tam ad ea respectus haberi videatur, quæ Moses quoquo tempore ad populum proferebat, quam sermonem Evangelii, aliquando roti terrarum orbi manifestandum, cui Moses jam tum suo tempore testimonium perhibuit. Unde & ipse Christus Joh. V, 45. ad hunc μάρτυρα provocat, qui de ipso sit testatus.

§. III. Ne vero Judæi causentur, se ita convinci haud posse iis testimoniiis, quæ ex peregrino & à se haud admisso principio depromuntur, age, ex illorum scriptis probabimus, haud ita majores illorum alienos fuisse ab illa sententia, Mose majorem Prophetam oriturum esse. Ad verba enim Es. LII, 13. *Ecce prudenter aget servus meus, exaltabitur, elevabitur & sublimis erit valde*, in libro Jakut ex Tanchuma ita annotarunt Ebraei : זה מלך המשיח יום מן אברחות נ שא מטה וגהן פלאכי הרשותה : *Hic est Rex Messias, extollebitur præ Abramam, elevabitur præ Mose, & sublimior erit angelis ministerii.* Ex quibus elucescit, omnino Mose aliquem majorem venturum esse, eos docuisse, quod adeo præfracte Judæi negant, & in alium sensum detorquere satagit Abarbenel com. in l. cit. Sane prædicata θεοπρέπη & soli Deo vindicata, Messia in scriptura cum tribuuntur, qualia sunt, sui agnitione multos

justificare, Esa. LIII, 12. beatos facere, qui in illum confidunt, Ps. II, 12. abunde satis docent, quantopere à Mose ille differat.

§. IV. Tertia ἀπεργοχή, quam in Mose recutiti de-prædicant, est miraculorum multitudo, qua, ut Menas-séh Ben-Israel pag. 238. Conciliat. & seqq. docet, reliquos Prophetas omnes multis modis superet. R. Abarb. miraculorum species recensitrus, fol. 372. col. 3. com. in Leg. sic scribit :

פְשׁוֹלָתֵ הַנְּבִיא וּרְכֻרוֹ הַנְּפָלָא בְנֵי מִינִים. מֵן הַאוֹתוֹת וּהַמְּפֻוּת שִׁיעַשָּׂר בְּשֶׁנוּ הַטְּבָע וּמֵן הַגּוֹרָץ מֵרָחָה שְׁקָרָה אוֹ מֵהַ שִׁקְרָתָ מִרְבָּרָם חַיּוֹ אוֹ וְהוּ מְבָלָתִ שִׁיוֹוָה כְּהֵם טָוב אוֹ רָע כְּמוֹ שְׁהָגִיד שְׁמוֹאֵל לְשָׁאָל שְׁנַמְצָאָרְתִּי הַאֲתוֹנוֹת וּמֵן הַיּוֹרָם הַרְשָׁס אָוֹ טָובָם שִׁיוֹוָה לְאוֹתָה מֵן הַאוֹתָה אָוֹ לְאִיש מֵהַאֲשִׁישָׂ בְּעַתְדִּז וְהַנְּחָנָה בְּחִוָּתֵ הַנְּבִיא הַחִידָה כְּמוֹ

Tres species sunt aetionum & rerum mirabilium Prophetarum. Species signorum & prodigiorum, qua sunt nature immutatione. Species indicationis illius, quod accedit vel futurum est, nempe illarum rerum, qua fuerunt, vel adhuc existent, preciso eo, an in illis bonum sit vel malum, veluti Samuel Saul significavit asinos esse inventos. Species promissionum & comminationum, qua vel uni populo vel uni viro sunt. Sed Prophetat tantum prima & secunda specie probatur. Mosen vero legationis sua veritatem priori modo comprobasse, idem R. Abarbenel largitur his verbis :

מַה שִׁירָא עֹז אֶמְתָּה מֵהַשְׁמָרָה בְּבִחְנַת הַנְּבִיא הוּא מֵהַשְׁמַצִּינוּ בְּבִחְנַת מָשָׁה אֲדוֹנֵינוּ אֲשֶׁר חִיָּתָ מִרָּא מְלוֹדָשָׂת מִשְׁלָל לְיַתֵּר הַנְּכִיאָתָ כְּלָם רַיִּין שְׁכָאָר אָמָר וְהַן לֹא יַאֲמִינָה לִי וְלֹא יַשְׁמַע לְקוֹל וְאָמְרוּ לֹא נִרְאָה וְשָׁם אַלְךָ נָתַן לוֹ הַקְּרוּשׁ בְּרוֹעָה אָוֹתָה חַפֵּף הַמְּטוֹהָ נְחֵשׁ וְאוֹתָה תָּוֹסֵף וְתִיהְעַשֵּׂה אָוֹתָה

אָתוֹ לְעֵנוֹ הַעַם * וַיָּאמֶן הַעַם אֲכָל לֹא נִתְן

Eorum, que dixi, veritas de probando Propheta, magis elucescit ex iis, que in Domino nostro Moſe probando deprehendimus, qui speculum tersum est & exemplum omnium reliquorum Prophetarum. Nempe quum dixit: Illi mibi non sunt credituri, neque mibi obtemperabunt, dicentes, non apparuit tibi Deus, (Exod. IV, 1.) dedit Deus benedictus signum, quo baculus est versus in serpentem, & signum sanguinis, & illo, prpulo conspiciente, facto, populus fidem habuit. Promissiones vero & comminationes dedit nullas.

§. VI. Alii Judai, praſertim Maimonides, ne Christum, quem miracula feciffe ipsimet vel inviti agnoscunt, Prophetam verum esse, admittere cogantur, miraculorum efficaciam plane elevant, tanquam illa inidonea sint, ad hoc, ut veri nominis Prophetam probare queant, unde Maimonides c. g. Hilk. יִסּוּרִי תּוֹרָה negat, Mosi ob miraculā fidem habuisse Israēlitas, veluti ex lqq. ejus verbis appetat: מֵשָׁה רְבָנֵינוּ לֹא אָמַנָּו בָּו וּשְׁרָאֵל מפני האותות שעשאה שהמאמין על פי האותות יש כלבו רפי שאפשר שיושה הארץ בלט ומכשוף אלה כל האותות שעשה משה במרבר לפי הצורך עשם לא להכחיא ראייה על הנכואה. היה צריך להשקיע את המצריים קרע הארץ והצילין בחוכמו צרכינו למומן חוריויד לנו את המן צמאו בקע להן את האבן כפרו בו עורת קrho בלהה אותן הארץ וכן שאר כל האותות. וכמו האמינו במעמר חור סינו שעינינו ראו ורא זר ואונינו שמעו ולא אחר האש והקלורה והלפידים והוא נש אל הערפל והקהל מרבר אליו ואנו שומעים משה משה לך אמר להם כך וכך וזה אומר פנים בפנים דבר השם עמכי ונאמר לא את אבותיכי כרת השם את הברית הזאת. ומניון שמעם חור סינו לבר היא הראייה לנכואתו שהוא אמת

* (36) *

אמת שאין בו דע' שג' חנה א נבי בא אלך בעב העם
בעבור ישמע העם בזבורי עמר וגמ' בר' יאמינו לעולם
מכל שקרים רבר זה לא דאמינו בו נאמנות שדייה
עומרת לשלם אלא נאמנות שיש אחריה חרדור ומחשבה:

*Mosi Doctori nostro non crediderunt propter signa, quæ fecit.
Qui enim credit propter miracula, illum subinde cogitare con-
tingit, fieri posse, ut signa faciat incantatione & prestigiis. Sed
miracula omnia, quæ Moses fecit in deserto, necessitate patra-
vit, non, ut sua Prophetia comprobaret veritatem. Aegyptii
aquis erant mergendi, mare itaque divisit, eo que in medio ejus
submersit. Opus habebamus alimento, Manna nobis dedi-
xit. (Exod. XVI, v. 12. seqq.) Sicut erunt, lapidem eis scidie
(Num. XX, ii.) Korabi congregatio ipsum (Mosen) abnega-
vit, (Num. XVI, 1. 32.) terra eam absorpsit. Idem judicium
est de reliquis miraculis omnibus. Ecquon vero crediderunt,
cum ante montem Sinai starent, quod oculi nostri viderunt &
non peregrinus, aures nostra audierunt, & non aliis (Job.
XIX, v. 27.) ignes, voces, lampades. Et ille ad caliginem
pertigit, & vox quedam cum ipso est locuta, nobis audientibus,
Mose, Mose, vade, & dic illis hoc vel illud. Et ita ille dicit
(Deut. V, v. 4.) facie ad faciem locutus est Dominus ad vos.
Et dictum est (Deut. V, v. 3.) non cum patribus vestris Deus
pepit hoc fœdus. Unde vero constat, illam solam stationem
ad montem Sinai fuisse argumentum Prophetie illius? Quia
illa vera erat neque aliquid dubii complectebatur; Dictum
enim est: Ecce ego venio ad te in nube, ut audiat populus verba
mea, que tecum loquor: Tibi quoque credent in seculum.
(Exod. XIX, 9.) In Summa, ante banc rem ipsi non credi-
derunt firmiter, sed ejusmodi fides illorum fuit, qua secum tra-
xit cogitationem & dubitationem.*

§. VII.

* (37) *

§. VII. Sed ea veritatis vis est, ut R. Abarbenelem coegerit patrocinium ejus suscipere. Ita enim fol. 373. שאר הניטש שנעשו במדבר אמרתcommentatur: הוי שמי החזון עשהם כורביה הרג בספר חמוץ אבל בתקלות נכואותו לא נתאמתה ולא נבחנת כי אם על פי האותורה ואמנת מה שנצטדר למעמר וה סני ושיושביו העם ברוך השם ועמו לא היה זו לבחנות נכואותו כי אם לשולך דברי כל רובאים אחריו בזרות העיריות שפטאו דבר מכל רכשו:

Quod signa reliqua in deserto facta attinet, negari nequit, illa pro temporis ratione edita esse, velut Rafin libro loquitur: sed initio ejus Prophetia non nisi miraculis ea confirmata est. Quod vero statio ad montem Sinai facta est, & omnis populus Dei verba audivit, ea minime eo contigit, ut ipsius Prophetia probaretur, sed ut omnium post eum venturorum conatus obdiamiretur, qui aliquid de illius verbis impugnaturi essent.

§. VIII. Ex quibus liquet, Abarbenelem, contra quam Maimonides sensit, asserere, miracula Mosis facta esse, utius Prophetia ejus veritas probaretur, quod adhuc clarius pag. 87. col. 2. libri מפעלוֹת אלְהָם מפעלוֹת אלְהָם docethis verbis: דרכוֹן בְּכָל נֶסֶת וְגַפְלָהָה דָרְחָה קְנוּן: Ultimus finis omnium signorum & prodigiorum fuit aquilatio fidei vere. Si vero ex miraculis stupendis, Mosen verum Prophetam esse, collegerunt, & propter illa fidem ei loquenti habuerunt Israëlitæ, causa nullæ posteris eorum fuit, quamobrem Christo, qui & ipse non minorum edidit miracula, fidem denegarent. Ipsi Judæorum proceres de eo locuti, homo, inquiunt, multa faci miracula, Joh. XI, 47. &c. VII, 31. quærunt Judæi, an Messias, quem tunc illi adhuc præstolabantur, pluramira-

cula editurus sit. Nulla sane miraculorum ab Abarbene-
le recensitorum species fuit, qua Christus non inclarerit.

§. IX. Quæ enim primo loco ille recensuit, & in
naturæ ipsius mutatione consistere docuit, ea sapientia
Christo patrata fuisse, tota Evangelica testatur historia.
Quod mare ejus nutui paruit Matth. VIII, 26. vestigia ipsius
& discipuli sustinuit, Matth. XIV, 25. 29. Piscantibus
piscium copiam dedit, & nummum ad nutum ejus, Luc.
V, 4. 5. 6. Joh. XXI, 6. 7. 12. Matth. XVII, 27. Quod coe-
co nato visum donavit, quale quid à mundi conditu non
est auditum, Joh. IX, 17. 32. Quod paucis panibus aliquot
millia satiavit, & inter dentes comedentium ita multipli-
cavit, ut plures adhuc panes supereffent, quam initio af-
fuerant, Joh. VI, 12. seq. Matth. XIV, 20. Quod aquam
in vinum mutavit, Joh. II, & mortuum jamdum fræten-
tem in vitam revocavit, Joh. XI, id omne ejusmodi fuit,
ut merito populus, eum magnum Prophetam esse in
mundum venturum, conjecerit, Luc. VII, 16. Joh. VI,
14. Quam mirabile & illud erat, quod in momento, so-
la voce, absque ulla mediis, paralyticum à paralysi,
Matth. IX, 6. febricitantem solo manus attractu à febri,
morbis sane gravibus & inveteratis, liberavit, c. VIII, 15.
Quin, uno die & tempore pomeridiano pluribus mira-
culis editis, populus negavit, tale quid unquam in Israele
auditum esse, Matth. IX, 33.

§. X. Neque secundam speciem in Christo θαυμα-
τέγη desideraveris, cum præterita juxta & futura indica-
verit. Fœmellæ Samaritanæ & à se nunquam visæ signifi-
cavit, quot maritos habuerit, Joh. IV, 18. unde, eum Pro-
phetam

phetam esse, & ipsa augurata est. Quod asina cum pullo alligata esset & haud invito Domino dimittenda, Matth. XXI. Quod obviam discipulis iturus esset vir, apud quem agnum essent esuri, Marc. XIV, 13. id prædictum. Quin cogitationes humanas & penitissima quæque cordium introspectis & cognovit, quem genuinum Messiac characterem esse, ex Esai. XI, 3. novimus, ubi, eum non secundum visum oculorum & auditum judicaturum, sed ut renum scrutatorem, timorem Domini odoraturum esse, legimus. Quem characterem cum Simon frustra desideraret, à Domino in ruborem datus est, Lue. VII, 39. 46. 47. Ethoc signo à Nathanaele agnitus est. Confer. Joh. I, 48. Joh. II, 24. Marc. II, 8.

§. XI. Cum igitur nullæ illustriores notæ veri Prophetæ concipi possint, quam miracula creatam virtutem excedentia, & dogmata, per hominem promulgato, autoritas efficacius conciliari nequeat, quam per illa; longe vero plurima à Christo edita esse, in apri- eo sit, nulla amplius ratio superat quamobrem de Christo tamen abjecte sentiant, eumque, ut Pseudoprophe-tam, legitimate & secundum legis Mosaicæ tenorem, morte affectum esse prohibeant. In Talmud, Masserchet Sanhedrin, cap. 6. fol. 43. col. 1. edit. Venetæ, Je-sum p̄ die Paschatis suspensum esse ajunt: שָׁכִינַתְּךָ יְהוָה וְהַרְמֵן אֶת־יִשְׂרָאֵל eo quod magiam exer-cuit, & seduxit & depulit Israëlem. Ubi Judæi veritati testimoniū imprudentes prohibent, dum Christum suspensum, & ex familia regia oriundum fuisse tradunt. Quod vero, eum miracula magica arte edidisse, blas-pheme calumniantur, id commentum est diabolicum,

& inde

& inde redargui potest, quod Judæorum proceres & synedrii assessores, qui illa miracula, non momentanea, sed permanentia, suis oculis perspexerunt, &, si Judæis fides est habenda, alias Magica artis non imperiti fuerunt, nunquam Christum hujus criminis postularunt. Nemipe miracula ejusmodi erant, ut, à creatura proficisci illa minime posse, omnes agnoscere tenerentur, veluti Nicodemus Joh. III, 2. fatetur, *nemo*, inquiens, *signa facere potest, que tu facis, nisi Deus sit cum ipso.* Hinc Apostolus, Act. II, v. 22. Christum vocat ἀρχαὶ αὐτὸς Θεος ἀποδεδειγμένος δυνάμεσι καὶ τέρεσι καὶ σημείοις, quæ verba id significant, eum testimonio irrefragabili & incontradicibili honoratum esse, sive ejusmodi testimonio ornatum, de quo nullus dubitandi locus sit relictus, tam certo, ut nulla certior sit ἀπόδεξις.

§. XII. Diabolo vero miracula haud accepta frena esse, ex eo sufficienter probatur, quod illa in ilius dogmatis confirmationem edita sunt, quod malis spiritibus è diametro repugnat, & homines ab omni immundicie morum, qua mali spiritus delectantur, longissime abstrahit. Cum vero nullo modo credibile sit, diabolum eum adjutum ire, unde sui regni ruina sequatur, relinquitur, non à malo, sed bono spiritu illa manasse. Porro nugatur Maimonides, dum causatur, subinde dubium ḥesurum hominem, an miracula divinitus edita sint, an per magiam, cum etiam ipsius Prophetæ vita & mores documento esse queant, cujusmodi illa sint miracula, & Deus nequaquam id permisurus fit, ut ita orbi illudatur, veluti R. Abar'benel bene monet fol. 371. col. 3. ubi, primum prestigiatorem à vero

vero Propheta distingvi, ait, *vix actionibus, quibus apud Omnes autoritatem sibi acquirit, deinde per miracula.*
 המכשף והקסם גם שנודה שוכן בחכמתו לעשות רכרים
 יוצאים מהמנגן חטבי כחרוטמי מערום הנה אין ראוי
 שנחשוב שכאשר ותבע בנכואה בשקר וכובע יכול לעשות
 בבחינה אותן כל לפי לשם ותברך לא יוחזק ולא יספיק
 בורו על זה ותבע לא ותפע אל רכרי בלען עין וביען
 החשנות האלהית לא תאן מכשול לפני חעם : *Præstigiator*
& divinator extra omne dubium sua arte facit res, que non
sunt naturales, uti magi in Ægypto : minime tamen putandum
est, dum de Proprietate falso gloriatur, ullum miraculum eum fa-
cere posse, quia Deus non delectabitur hoc, neque auxilio suo
promovebit, Natura quoque non bis rebus inutilibus cooperabit-
ur, eo quod divina Providentia non datur a est offendiculum co-
ram populo. Cum vero Christi miracula virtutem crea-
tam omnem superarint; ecquomodo illa diabolo tribuere
possint?

§. XIII. R. Abarbenel, verum Prophetam descri-
 pturus fol. 371. eum tamē esse docet, ut ab idolatria po-
 pulum abstrahat, ad vitā emendationem instiget, & om-
 nibus modis conetur : *להכניסו תחת כנפי השכינה* *con-*
gregare eum sub alas gratiose presentie divinae. Abunde sa-
 tis hoc præstitum est à Christo, ut ex historia Evangelica
 patet, & fletili illa oratione, Matth. XXIII, 37. ubi ait, se
 Judæos voluisse ἐπισυναγαγεῖν ὑπὸ τὰς ατέργας. Sed, ut ibi
 Dominus conqueritur, noluerunt.

§. XIV. Quid hodiernum Judæos, quo minus no-
 mensuum Christo dent, retrahat, R. Albo part. 3. c. 19. lib.
 אנוֹנוֹ חִזְכָּה וְהַתְּמִרְגָּזִי הַנְּבִיא : *עקרין*
 ששמע דבר מפי השם יתרון שא' אפשר לשפטו לנביא
 אחר לעשורת הפק מה שצotta בעצמו מהשי עד שישמע

כִּי חָזָה בְּעַצְמוֹ מִפְּנֵי הַשֵּׁם יְהֹוָה וְאֶת אֶת תְּחִמָּת שְׁלֹיחָה
אֲשֶׁר כִּיּוֹת שְׁלֹיחָה מָשָׁה לֹא נָאֵב לָו וְלֹא נִשְׁמַע אֶלָּו
לְכַטֵּל רַכְבָּן עַשְׂרֵת וְדָבָרוֹת שְׁשָׁמְעוֹנוֹת אֲנָהָנוּ מִפְּנֵי
הַשֵּׁם : *Nos hodie gradum Prophetarum ejusmodi habemus, qui ex
ore Dei benedicti verbum audiebat. Unde fieri non potest, ut a
lii Prophetarum obtemperemus, & contrarium faciamus illius,
quod ab ipso Deo est prescriptum, donec & ipse ex ipso Deo be
neditio perciptiat. Licet etiam Legati missio verificetur, veluti
Mosaica probata est, non acquiescamus tamen ei, neque obtem
peramus illi (Deut. XIII, 8.) ut vel minimum de X. praeceptis
abrogetur, quæ ex ore Dei benedicti audiivimus. Negat Judæ
us, fidem se habere Prophetarum, donec & ipse ex Deo au
dierit, quod hominibus annunciat; & ita perswasum
habet etiamnum, Moysi similem neque esse, neque futu
rum. Atqui talis, ut supra ostendimus, fuit Christus, qui
adeo nihil de Decalogo diminuit, ut verum sensum ad
struxerit, & à perversis glossis Judaicis vindicarit, & post
gloriosum in caelos ascensum eam saltim Legis partem
sustulerit, quæ nihil continebat sui natura honestum, sed
ex rebus per se mediis constabat, ac proinde non im
mutabilibus, veluti alibi fusius
ostenditur.*


SOLI DEO GLORIA.



7d 1645



Mat.



כִּי־לְ כִּמְשָׁלֵחַ :
SIVE
PROPHETA MOSI PAR,

GERMANICE :

Gründlicher Beweß, daß die Prophetenzugung Mo-
sis, Einen Propheten wie mich u. s. f. auf J. C.
den Welt-Heyland alleinig ziele.

AD ILLVSTRANDVM, ET A IVDAEORVM ΠΑΡΕΡΜΗΝΕΙΑ
VINDICANDVM LOCVM
DEV. XVIII. v. xv. seqq.
EXERCITIO ACADEMICO
DESCRIPTVS.

DE QVO
PRAESIDE,
DN. IOHANNE Grischmuth,
LINGG. SACR. PROFESSORE PVBLICO,
DN. PRAECEPTORE, PATRONO AC STVDIORVM
SVORVM PROMOTORE OMNI OBSERVANTIAE ET AMO-
RIS CVLTV AETERNVM DEVENERANDO,

PVLICE DISPVTABIT
M. GEORGIVS FRIDERICVS
MEINHART,
ARNSTADIENSIS, AUTOR.

AD D. APRILIS ANNO M D C LXXV.

IENA E,
REC. IN OFFICINA I. B. HELLERI, 1736.